

Sigwinus¹, sanctae Coloniensis aecclesiae ²solo nomine² episcopus, Fritherico³ confratri et coepiscopo voluntariam tam devotissimi oraminis quam serviminis sui exhibitionem.

Cum nostris temporibus ultra modum tribulationibus variisque angustiis sancta aecclesia in suis membris affligeretur, adeo ut tranquillitas et pax ex integro desperaretur, compatiendo tot pressuris totque periculis subvenire illi deo propitiante tractavimus et hoc tandem illi remedium consilio nostrorum fidelium providimus, ut pacem, quam peccatis nostris exigentibus continuare non potuimus, intermissis saltem diebus, quantum nostri iuris fuit, aliquatenus recuperaremus. Fecimus enim hoc et profecimus: Convocatis igitur parrochianis nostris ad legitime conductum concilium, quod Coloniae in sancti Petri matricę aecclesia⁴ anno dominicae incarnationis millesimo LXXXIII, indictione VI, XII. kal. maii habitum est, ordinatis aliis, quod de his facere disposuimus, in publico recitari fecimus. Quod postquam ab omnibus aliquamdiu diverso modo tractatum est et retractatum, deo mediante in unum tandem conventum est, et tam clero quam populo pari voto consentientibus, quomodo et quibus per annum spaciis observari debeat edocimus: (1) videlicet ut a primo die adventus domini usque ad exactum diem epyphaniae et ab intrante septuagesima usque in octavas pentecostes et per totam illam diem et per annum omni die dominica feriaque VI. et in sabbato, addita IIII temporum⁵ feria IIII. omnique apostolorum vigilia cum die subsecuta, insuper indifferenter omni die canonice ad ieiunandum vel feriandum statuta vel statuenda hoc pacis decretum teneatur; (2) ut itinerantibus domique manentibus securitatis et quietis tutissima sit traditio, ut cedes et incendia, predas et assultus

Sigwin¹, ²allein mit dem Namen² Bischof der heiligen Kirche von Köln, entbietet Friedrich³, seinem Mitbruder und Mitbischof, willige Leistung hingebungsvollen Gebetes und Dienstes.

Da in unseren Zeiten die heilige Kirche an ihren Gliedern durch Trübsal über die Maßen und mannigfache Ängste so sehr heimgesucht wurde, daß man an Ruhe und Frieden gänzlich verzweifelte, haben Wir voller Mitleid mit so vielen Bedrängnissen und Gefahren im Sinn gehabt, sie mit Gottes gütiger Hilfe zu erretten, und schließlich haben wir mit dem Rat Unserer Getreuen für sie das folgende Heilmittel in Aussicht genommen, um den Frieden, den Wir wegen Unserer Sündenschuld nicht ohne Unterbrechung bewahren konnten, zumindest im Verlauf einiger Tage, soweit es in Unserer Rechtshoheit lag, bis zu einem gewissen Grade wieder zu erlangen. Folgendes haben wir getan und ausgerichtet: Als Wir also Unsere Diözesanen zu einer rechtmäßig angesagten Synode zusammengerufen hatten, die zu Köln in der Mutterkirche St. Petrus⁴ im Jahre der Geburt des Herrn 1083, in der 6. Indiktion, am 20. April stattfand, und auch das Sonstige geordnet war, ließen Wir öffentlich das vortragen, was Wir Uns dafür zu tun vorgenommen hatten. Nachdem dies von allen eine Zeitlang auf verschiedene Weise verhandelt und wiederverhandelt worden war, kam man schließlich mit Gottes Vermittlung überein und unter einhelliger Zustimmung von Geistlichkeit und Volk verkündeten Wir, auf welche Weise und zu welchen Zeiten im Jahr dies befolgt werden müsse; und zwar: (1) Vom ersten Tage des Advents bis zum Ablauf des Tages von Erscheinung des Herrn und vom Beginn *des Sonntags* Septuagesima bis zum Oktavtag von Pfingsten einschließlich dieses ganzen Tages, ferner während des ganzen Jahres an jedem Sonntag, Freitag und Samstag unter Einschluß des Mittwochs der Quatembertage⁵ sowie an jeder Apostelvigil mit dem folgenden Festtag, außerdem unterschiedslos an jedem Tag, auf den nach kirchlichem Recht ein Festtag oder Feiertag gesetzt ist oder wird, soll dieses Friedensgebot gehalten werden; (2) für Reisende und daheim Weilende soll die Satzung von Sicherheit und Ruhe ganz sicher sein; Mord und Brand, Raub und Überfall soll niemand

nemo faciat, nemo fuste et gladio aut aliquo armorum genere quemquam ledat, et ut nemo quamvis culpa faidosus ab adventu Domini usque in octavas epiphaniae et a septuagesima usque in octavas pentecostes tollere presumat arma, scutum, gladium aut lanceam vel cuiuscumque prorsus armaturae sarcinam.

(3) In reliquis vero diebus, id est in dominicis⁶ et VI. feriis omnique apostolorum vigilia cum die subsecuta et omni die ad ieiunandum vel feriandum statuta vel statuenda, arma illis⁷ ferre licebit, ea tamen conditione, ut nulli quolibet modo lesionem inferant. (4) Si necesse fuerit alicui infra spacium conditae pacis, id est ab adventu domini usque ad octavas epiphaniae et a septuagesima usque ad octavas pentecostes, exire de nostro episcopatu in alium, quo ista pax non tenetur, arma ferat, ita tamen ne alicui noceat, nisi impugnetur, ut se defendat. Reversus autem in episcopatum nostrum, statim arma deponat. (5) Si contigerit, ut debeat obsideri castellum aliquod, per dies, qui infra pacem comprehensi sunt, ab impugnatione cessent, nisi ab obsessis impugnentur et repugnare cogantur.

(6) Et ne haec pacis statuta traditio a quavis persona temere et impune violetur, huiusmodi violatoribus in commune ab omnibus est dictata sententia: Si liber vel nobilis eam violaverit, id est si homicidium fecerit aut aliquem vulneraverit vel quolibet alio modo defectaverit, absque omni sumptuum aut amicorum interventione a finibus confinium suorum expellatur, totumque praedium eius heredes sui tollant; et si beneficium habuit, dominus ad quem pertinet illud recipiat. Si vero heredes aliquod illi, postquam expulsus fuerit, sustentaculum vel solatium impendisse inventi fuerint et convicti, praedium illis auferatur et regiae ditioni mancipetur. Quod si se purgare de obiectis voluerint, cum XII, qui eque nobiles vel eque liberi fuerint, iurent.

(7) Si servus occiderit hominem, decolletur; si vulneraverit, manu⁸ puniatur; si alio modo vel pugno sive fuste vel lapide percutiendo defectaverit, detondeatur et excorietur. Si autem cui imputabitur

verüben, niemand soll einen mit Knüppel, Schwert oder Waffen irgendwelcher Art verletzen; niemand soll es sich herausnehmen — auch wenn er wegen einer Schuld in Fehde steht —, vom Advent bis zum Oktavtag von Erscheinung des Herrn und von Septuagesima bis zum Oktavtag von Pfingsten zu den Waffen zu greifen — zu Schild, Schwert, Lanze oder überhaupt irgendeiner Waffenrüstung.

(3) An den übrigen Tagen aber — also an den Sonntagen⁶ und Feiertagen sowie jeder Apostelvigil mit dem folgenden Festtag, außerdem an jedem Tag, auf den ein Festtag oder Feiertag gesetzt ist oder wird — soll es ihnen⁷ erlaubt sein, Waffen zu tragen, doch unter der Bedingung, daß sie niemandem irgendeine Verletzung zufügen. (4) Wenn es für einen notwendig sein sollte, innerhalb des Zeitraums des errichteten Friedens — also vom Advent bis zur Oktav von Erscheinung des Herrn und von Septuagesima bis zum Oktavtag von Pfingsten — von Unserem Bistum anderswohin zu gehen, wo dieser Friede nicht gehalten wird, darf er Waffen tragen, in der Weise jedoch, daß er keinem schadet, ausgenommen er würde so angegriffen, daß er sich verteidigen muß. Aber in Unser Bistum zurückgekehrt, soll er sofort die Waffen niederlegen. (5) Wenn es sich ergibt, daß eine Burg belagert werden muß, so sollen sie für die Tage, die in diesen Frieden einbezogen sind, vom Angriff ablassen, ausgenommen sie würden von den Belagerten angegriffen und wären gezwungen zurückzuschlagen.

(6) Und damit diese errichtete Satzung des Friedens von niemandem freventlich und straflos verletzt wird, wurde für Friedensbrecher solcher Art von allen allgemein der folgende Spruch gefällt: Wenn ihn ein Freier oder Vornehmer verletzt, also wenn er einen Mord begeht oder jemanden verwundet oder wenn er sich sonstwie vergeht, soll er ohne Aufbietung von Geld und Freunden aus den Grenzen seines Gebietes vertrieben werden, und seine Erben sollen seinen ganzen Besitz an sich nehmen; und wenn er ein Lehen hatte, soll der Herr, dem es zugehört, es wieder an sich nehmen. Wenn sich aber herausstellt, daß die Erben ihm, nachdem er vertrieben wurde, irgendwelche Hilfe oder Unterstützung zugewendet haben, und wenn sie dessen überführt werden, so soll der Besitz ihnen genommen und der königlichen Herrschaft übertragen werden. Wenn sie sich wegen dieser Vorwürfe rechtfertigen wollen, so müssen sie mit zwölf Leuten schwören, die genau so vornehm und genauso frei sind.

(7) Wenn ein Knecht einen Mann tötet, soll er enthauptet werden; wenn er ihn verwundet, soll er an der Hand⁸ bestraft werden; wenn er einen sonstwie, etwa im Kampf durch einen Keulenhieb oder einen Steinwurf übel behandelt, soll er geschoren und geschunden werden. Wenn

forefactum, negaverit *et* se innocentem probare voluerit, iudicio aquae frigidae se expurget⁹, ita tamen ut ipse et nullus alius pro eo in aquam mittatur. Si autem timens vindictam, quae in eum dictata est, aufugerit, perpetuae excommunicationi subiacebit et in quocumque loco auditus fuerit, mittantur illuc litterae, per quas denunciatur omnibus, quod excommunicatus est et quod cum eo communicare nulli licitum est. (8) Non debet truncatio manuum in pueris fieri, qui nondum XII annorum etatem impleverint, sed in illis, qui ab hac etate, id est a XII annis, ad maiorem pervenerunt. Pueri tamen si pugnaverint, verberibus castigentur et a pugnando deterreantur.

(9) Non ledit pacem, si quis delinquentem servum suum vel discipulum vel quolibet modo sibi subditum scopis vel fustibus cedi iusserit. (10) Excipitur etiam ab hac pacis constitutione, si dominus rex publice expeditionem fieri iusserit propter appetendos regni inimicos vel concilium sibi habere placuerit propter diiudicandos iusticiae adversarios. (11) Non violatur pax, si interim dux vel alii comites vel advocati vel, qui vice illorum funguntur, placita habuerint et secundum quod lex habet in fures et predones et alios nocentes iudicia exercuerint. (12) Securitatis gratia omnibus precipue faidosis huius dominicae pacis statuta traditio est, sed non ut post expletam pacem rapere et predari per villas et per domos audeant, quia quae in illos, antequam ista pax statueretur, lex et sententia dictata est, legitime tenebitur, ut ab iniquitate prohibeantur, quia predatores et grassatores ab hac divina et ab omni prorsus pace excipiuntur.

(13) Si quis huic piaae institutioni contraire nititur, ut nec pacem cum aliis Deo promittere nec etiam observare voluerit, missam illi nullus presbiterorum in nostro episcopatu cantare presumat et nullam salutis curam impendat; et si infirmatur, nullus eum christianorum visitare audeat et viatico etiam in fine, si non respiscit, careat. (14) Summa vero deo promissae pacis et communiter collaudatae ista erit, ut non solummodo nostris temporibus sed in pepe-

aber einer, dem eine Untat vorgeworfen wird, leugnet und seine Unschuld beweisen will, soll er sich durch die Kaltwasserprobe reinigen⁹, jedoch so, daß er selbst und kein anderer für ihn ins Wasser geworfen wird. Wenn aber einer aus Furcht vor einer *Gerichts*strafe, die gegen ihn verhängt wurde, flüchtig wird, soll er ewig der Exkommunikation verfallen sein, und immer wenn man an einem Ort von ihm hört, soll ein Brief dorthin geschickt werden, in dem allen verkündet wird, daß er exkommuniziert ist und daß es niemandem erlaubt ist, mit ihm Gemeinschaft zu haben. (8) Verstümmeln der Hände darf nicht bei Knaben vorgenommen werden, die das Alter von zwölf Jahren noch nicht erreicht haben, wohl aber bei denen, die in diesem Alter, also mit zwölf Jahren Volljährigkeit erreicht haben. Wenn Knaben jedoch kämpfen, sollen sie mit Peitschen gezüchtigt und so vom Kämpfen abgeschreckt werden.

(9) Es verletzt einer nicht den Frieden, wenn er einen Übeltäter, der ihm als sein Knecht, Lehrling oder sonstwie untergeben ist, mit Ruten oder Peitschen schlagen läßt. (10) Ausgenommen von dieser Friedenserriechung ist auch, wenn der König öffentlich gebietet, es solle ein Kriegszug unternommen werden zum Angriff gegen die Feinde des Reiches, oder wenn er einen Hoftag zu halten wünscht zur Aburteilung der Feinde der Gerechtigkeit. (11) Der Frieden wird nicht verletzt, wenn bisweilen der Herzog oder die anderen Grafen, Vögte oder deren Stellvertreter Gerichtstage abhalten und, wie es das Gesetz vorsieht, gegen Diebe, Räuber und andere landschädliche Leute das Gericht wahrnehmen. (12) Gnade der Sicherheit bildet die errichtete Satzung dieses Friedens des Herrn¹⁰ besonders für alle, die in Fehde stehen, jedoch nicht, damit sie es wagen, nach Beendigung des Friedens überall in den Dörfern und in den Häusern zu rauben und zu plündern; denn was gegen sie, schon bevor dieser Friede verordnet wurde, als Gesetz und Rechtsspruch erlassen wurde, muß *auch dann* rechtens gehalten werden, so daß sie am Unrecht gehindert werden; denn Räuber und Wegelagerer sind von diesem Gottesfrieden und überhaupt von jedem Frieden ausgeschlossen.

(13) Wenn einer diese gütige Einrichtung zu hintertreiben trachtet, indem er den Frieden weder zusammen mit den anderen bei Gott beschwören noch ihn halten will, so nehme es sich kein Geistlicher Unseres Bistums heraus, für ihn eine Messe zu singen noch Sorge zu tragen für sein Seelenheil; und wenn er krank wird, soll kein Christ ihn zu besuchen wagen; auch soll ihm an seinem Lebensende, wenn er nicht wieder vernünftig wird, die Wegzehrung vorenthalten werden. (14) Die Hauptregel bei diesem Gott gelobten und allgemein guteheißenen Frieden soll aber sein, daß dieser nicht nur zu Unseren Zeiten, sondern für immer und ewig

tuum apud posteros nostros observetur, quia si quis eam irritare vel destruere aut violare praesumpserit, sive hoc tempore seu qui post multos annos circa finem seculi nasciturus erit, a nobis inrecuperabiliter excommunicatus est.

(15) Non magis in comitum aut tribunorum vel potentum quam in totius communiter populi potestate et arbitrio constabit, ut vindictas superius dictatas violatoribus sanctae pacis inferant; et hoc diligentissime caveant, ne in puniendis amiciciam vel odium vel aliud, quod iusticiae contrarium sit, exerceant, ne, si abscondi possunt, delicta aliquorum abscondant, sed potius in publicum deferant. Nullus pro redimendis, qui in culpa deprehensi fuerint, pecuniam accipiat ¹¹ nec favore quopiam culpabiles adiuvaré contendat, quia qui fecerit, intolerabile animae suae iudicium incurrit. Ac per omnes fideles meminisse oportet, non homini sed soli deo hanc pacem promissam fuisse et tanto tenacius firmiterque observandam esse. Quocirca universos obsecramus in Christo, ut ista pacis necessaria taxatio inviolabiliter custodiatur, ut si quis eam deinceps violare presumpserit, omnino a sanctae aecclésiæ filiis sequestretur et banno excommunicationis inrecuperabilis et anathemate mansurae perditionis dampnetur¹¹.

(16) In aecclésiis vero et aecclésiæ cimiteriis honor et reverentia deo prebeat, ut si illuc confugerit raptor vel fur, minime interficiatur vel capiatur, sed tam diu inibi obsideatur, donec fame urgente ad deditionem cogatur. Si aliqua persona reo arma, victum vel fugam moliri presumpserit, aequalem poenam sicut reus sustinebit. (17) Clericos vero et omnes sub hoc ordine vitam degentes banno nostro interdiciamus laicali vindicta puniri, sed manifesto crimine deprehensi episcopo ipsorum praesententur. Unde laici decollentur, inde clerici degradentur; unde laici detruncentur, inde clerici ab officiis suspendantur et cum consensu laicorum crebris ieiuniis et verberibus usque ad satisfactionem affigantur.

bei unseren Nachfahren beachtet werden soll, denn wenn es sich einer herausnimmt, ihn außer Kraft zu setzen, zu widerrufen oder zu verletzen, — sei es einer zu dieser Zeit oder einer, der nach vielen Jahren kurz vor dem Weltende geboren wird — der ist von Uns unwiderruflich exkommuniziert.

(15) In der Verfügungsgewalt und Entscheidung des ganzen Volkes insgemein wird es genauso sehr liegen wie in der der Grafen, Amtleute und Mächtigen, die oben beschlossenen Strafen gegen die Verletzer des heiligen Friedens zu vollziehen; und sie sollen sich ganz sorgsam davor hüten, bei der Bestrafung Freundschaft, Haß oder sonstiges, was der Gerechtigkeit widerspricht, walten zu lassen und davor, die Vergehen einzelner zu verbergen, wenn sie diese verbergen können, vielmehr sollen sie sie an die Öffentlichkeit bringen. Keiner soll zur Lösung von Leuten, die in Schuld befangen waren, Geld annehmen ¹¹ noch sich bemühen, mit irgendwelcher Begünstigung Schuldige zu unterstützen; denn wer das tut, verfällt einem unerträglichen Gericht seiner Seele. Und für alle getreuen Gläubigen ist es gut, dessen eingedenk zu sein, daß dieser Friede nicht einem Menschen, sondern Gott allein gelobt wurde und daher um so herrlicher und beständiger gehalten werden muß. Darum beschwören Wir alle in Christus, diese so notwendige Friedenssatzung möge unverletzlich befolgt werden, auf daß, wenn sich künftig einer herausnimmt, sie zu verletzen, er gänzlich von den Söhnen der heiligen Kirche getrennt und mit dem Banne unwiderruflicher Exkommunikation und dem Anathem dauernder Verworfenheit bestraft wird¹¹.

(16) In den Kirchen aber und den Kirchhöfen soll Gott Ehre und Ehrfurcht zuteil werden, so daß, wenn ein Räuber oder Dieb dorthin flüchtet, er keinesfalls getötet oder gefangen wird, vielmehr soll er dort solange belagert werden, bis er, vom Hunger getrieben, zur Übergabe gezwungen ist. Wenn irgendjemand es sich herausnimmt, einem Schuldigen Waffen, Lebensmittel oder Fluchtmöglichkeit zu verschaffen, so soll er die gleiche Strafe wie der Schuldige erleiden. (17) Geistliche aber und alle, die in diesem Stande ihr Leben führen, dürfen, so gebieten Wir mit Unserer Banngewalt, nicht mit der Strafe der Laien belegt werden, vielmehr sollen sie bei offenerer Tat nach der Festnahme ihrem Bischof vorgeführt werden. Wo Laien enthauptet werden, sollen Geistliche ihren Stand verlieren; wo Laien verstümmelt werden, sollen Geistliche zunächst ihrer Ämter enthoben und unter Zustimmung der Laien mit häufigem Fasten und Auspeitschen bis zur vollen Genugtuung bestraft werden.